VII. 1 om. *autem* . *galile—* per totum caput . 2 *scenophegia* . 3 *que* . 4 *enim* pro *quippe* . *aliquid* . 7 *mundos*, cor. *v* s. l. *peribeo* . *quia* pro *quod* . 8 om. *autem* . 9 *—leam* . 11 *iudei* . 12 *murmur multus de eo erat in t—*. 13 et 15 *iude—* . 14 *dic—*, s. l. *o* . 15 *dedicerit* . 16 *est* s. l. 17 *—noscit* . 18 *illum* pro *e—* . *—ticia* . 20 *demo—* . 21 *mirami ni*, *2* lit. *ea* erasae . 22 *ex moysen* . 23 *—cisione* . *indiga—*, *n* s. l. 2› *autem* pro *ergo* . *hyerusolimis* . 26 *om. et* ante *ecce* . 28 *docens in t— ihs* . fuit *ettamen pso*, est *et a me ipso* . *non scitis* in fine . 29 *eum (et si dixero quia nescio eum ero similis uobis mendax et scio eum) quia*: verba, quae uncis inclusi, a Vulgata absunt . 30 *adprae—* . *in illo* . 31 *deturba* . ante *facit f* erasa . 32 *—sei* . *murmor—* . *adpre—* . 33 om. *eis* . *misit me* . 34 *sum ego*, om. *vos* . 35 *inue—*, *in* s. l. *—sione* . 36 fuit *quaeraetis*; cor. 37 *festiuitates* . *ihs in templum et* . 38 *dicit* . 39 *non*, om. *dum* ante *enim* . *fuerat glori—* . 41 *agalilea xps uenit* . 42 *et bethlem*, om. *de* . 44 *adprae—* . *super illum* . 45 *eum* . 46 deest . 48 *numquid aliquis ex* . *—seis* . 49 *que* . 50 *dicit* . 51 *nisi audierit ab ipso prius* . 52 *quia propheta agali—* .

VIII. 2 *delu—* . fuit *omnes'*. 3 fuit *allult—* . *deprae—* et *4* . 3 *statuerum* . 5 fuit *legem*, *m* er. *lapidari* . 6 *haec* . *temt—* . *terram* . 7 *autem* pro *ergo* . 8 *terram* . 9 *postunum exiebant* . *aseni—;* om. *ihs* . 11 fuit *—nauro*, est *—nabo* . fuit *uado* . *amplius iam* . 12 *loquutus* . fuit *mundo? ambulauit* . fuit *lucem*, est *lumen* . 13 *peribe* . fuit bis *uer*, semel adiunctum *bum* . 14 om. *et si* . *peribeo* . *ego uado* . 16 *me misit* . 19 fuit *forsitam* . 20 *gazofilatio* . *adpre—* . 21 *quaeritis* . *peccato*, *r* in r.; fuit *—tis? qo*, *o* s. l. 22 *dicit* . 23 om. *de* . 25 *dixit ergo eis* . *quia et locor* . 26 *misit me* . *que aud—* . 27 *eis* pro *eius* . 28, 36, 51 *exaltaberi'is*, *liberaberit*, *seruaberit* . fuit *cognus—* . 29 *et qui; et* in margine . alterum *et* om. *relinq&*, *i* s. lin.; ante *me solum* 2 litt. er. 31 fuit *dicebant* . 32 *liberauit* . 33 *resp— et dixerunt ei* . *erimus* pro *eritis* . 35 om. alterum *autem* . 36 *filius uos* . 38 bis *aput*; om. *meum* . *que* . 39 *dicit* . *estis*, *se* s. lin.; *fecissetis* . 40 *quer—* . 42 *uester* s. l.; *diligeritis* . 43 fuit *loquellam* et *cognus—* . 44 prius *ex* in margine . *ex suis propriis* . *loq tur*, *i* s.l.;

qui pro *quia* . 45 *quia* pro *si* . post *dico* 1 l. er. 46 om. alterum *uobis* . *quare uos non* . 47 *est ex deo* . 48 *igitur* pro *ergo* . *estu* . *demo—* et 49, 52 . 50 *quer—* bis . 52 et 53 *profet—* . 54 fuit *ergo*, *r* er. *qa*, *i* s. l. 55 *si* s. l. 56 *exu—* . *etdit*, *ui* s. l. 57 *habraam*, ceteris locis ut nos . 59 *tulerunt*, sed ante *l* altera *l* s. lin., scriba aut corrector voluit geminare . *ut mitterent super eum* .

IX. 1 om. *ihs* . 2 *interrgga—* . 2 *discipuli eius dicentes* . 3 *manifestetur* . *opera— me donec dies est* in ras.; *ueniet autem nox* . 5 *in hoc mundo sum* . 6 *expuit* . 7 *et laba in natatoria syloae* . *interpraet—* . 8 *uidebant* . 9 *est eius* . 10 *tibi* in fine . 11 *xps* pro *ihs* . *uncxit* . *natatoriam syloae* . *laba* . *laui oculos meos et ecce uideo* . 12 *dixerunt ergo ei*, om. *et; ille homo* . *et ait* . 13 *phariss—* . 14 fuit *eram?* 15 *posuit mihi* . 16 *scisma* . *in eis* . 17 *deo*, altera *e* s. l., non *de illo* . *dixit eis* . *prophaeta* . 18 om. *qui uiderat* . 22 *hae*, *c* s. l.; *quia*; om. *esse* . *synagoga* . 25 om. *eis* . 28 om. *ergo* . 29 *loquutus* , *us u (nescimus unde)* in r. 30 *oc—meos* . *exaudit*, *ex* s. l. 32 *asaec—* . *ap—quis* . 33 *quicq—* . 34 ante *eum* 3 litt. er. 35 *autem ihs* . 39 *dixit autem ei*, om. *et* . 40 om. *quidam* . *—risae is*, 1 l. er. 41 *dixit autem eis* . *pecc— non hab—* . *dicetis* .

X. 1 *hostium*, et 2, 3, 7, 9 aspiratum . *ouilae* . 3 *deducit* . 4 *sequn—*, altera *u* s. l. 6 *qui*, *d* s. l.; *loquebatur* . 8 *sed non* . 10 *habund—* . 12 *mercenn—*, et bis 13 . *dimitt&* . 15 *agnosco* . 16 non *ouile*, sed *unus grex* . 17 *me pa— di—* . 18 *ame*, bis . *et* post *ipso* om.; *man datum*, 2 l. er. 21 fuit *deceb—?* 22 *enchenia* . *hyerusolimis* . 23 *porticum solo—* . 25 fuit *credidítis* . 30 *ego enim* . 32 *op—b—* . 33 om. *ei* . *lapida mus*, 1 l. er.; *faciste* . 38 *in me est p—* . 39 *adprae—* . *exiit* . 40 *tran* . *iordanen* . *iohannis*, et 41, sed *—es* 42 .

XI. 1 *abeth—* . 2 *que* . *uncxit* . *—entum* . 3 fuit *—oris* . 4 *ei* . fuit *dni* pro *di* . *per eum* . 6 *cum ergo audisset* . *—rmatur* . *mansit ihs in* . 7 fuit *poste? dicit* . 9 *horae sunt* . *—ndet*, *i* s. l. 11 *hoc dicit* . fuit *—miit* . *exsuscitem* . 12 *saluu*, *s* s. l., finalis er. 13 *somnii* . 14 *dicit eis ihs* . 15 *gaudio* . 16 fuit *—ulus* . *et moreamur* . 17 *quatt—* . *—entum* . 18 *hyerusolima* . 21 *autem* pro *e—* . 22 *quoniam* . 23 *dicit* . 25 *etsi* . 26 fuit *nommo—* . 27 *et ait illi martha*; om. *vivi* . 28 *cum* s. l. 30 *athuc* . 31 *igitur* pro *ergo* . *—tatur*, *n* s. l. 32 *eius* bis, semel er. *dixit* . *frater m— non fuisset m—* . 33 *frem—*, om. *in; turbabit* . 35 *lacri—* . *caecinati* . *ut et hic* . 38 ante *se—* 1 l. er. 39 *f&&*, *quadriduanum enim habet* . 41 *rursum* . 42 *sci*, *o* s. l., post *sci* fere 3 l. er.; fuit *ebam? adis*, *u* s. l. 44 *dicit* . *habire* . 45 *et Martham* om. 46 ante *eis* 1 l. er. 47 *collig—* . *quod hic homo* . 48 *dimiserimus* . *et uen—* . *et locum* . 49 ante *nomine* in extrema lin. 2 l. er.; *quicquam* . 50 *neque cogit—* . *nobis* . *unus homo* . 51 *quia ihs morit—* . 53 fuit *fecerunt*, cor. *fecerent* . 54 om. *in* ante *pa—* . *ambol—* . *inregi—* . *efrem* . 55 *asc—* . *hyerusolimam;* om. *ante p—* . 56 *quer—* . *conlo—* . *potatis*, *o* s. l.; *ueniat* . *—ficis*, cor. *e* . *cognouisset* . *—icaret* . *adpraehenderent* .

XII. 1 *—nia* . *fuerat la—* . *mortuos*, cor. V s. l. 2 *caen—* . *ubi* pro *ibi* . 3 *praeci—* . *cap—s— pedes eius* . 4 *dicit* . *scariothis* . 5 *uendit* . *dina—* . *aege—*, et 6 . *habebat et que mit—* . fuit *export—*, *ex* er. 7 *die* . *illut* . 8 *uobiscum — habebitis* infra textum . 9 *est*, s. l. cor. *set* . 11 *habebant*, cor. *i* . 12 *hyerusolima* . 13 *osanna* . *israhel* . 14 *assellum* . *uenit tibi* . 16 ante *scri—* 1 l. er. 17 *dae* pro *de* . *amort—* . 18 *ei uenit* . 19 *—psus*, cor. *o* . *habiit* . *gent— quidam* . ante *fe—* 1 l. er. 21 fuit *hii* . *abeth—* . *—leae* . 22 *dixit* . *autem* pro *ru—* . fuit *ihm* . 23 fuit *rospo—* . 24 *tritici* pro *fr.—* . *terra* . 25 fuit *meam in h—m—* . *— odi&* . 26 *—traberit* . 28 *cae—* . 29 *que* . *factum est* . 30 *rosp—* . *uox haec* . 31 *eicitur* . 32 *t* ante *ego* s. l.; *aterra* . *tra—ame ipsum* . 34 fuit *rosp—* . *—tare* . 35 bis *lumen* . *conprae—* . 36 *habiit* . 38, 39, 41 *esa—* . 40 *excec—;* om. alterum *non; intelle—* . *illos* . 42 *de syn—* . *eicientur* . 44 *clamabat et dicebat* . fuit *imme sed eum;* cor. *inme in* sed *eum* . 45 *uiditme* . 46 fuit *omnes?* fuit *imme?* 47 *—ierit ea ego* . 48 *accepit* . *illi* .

XIII. 1 *ante diem* in marg.; *eius hora* . *de hoc* . fuit *dillexit eos* . 2 *caena* . fuit *si inmississet* . fuit *corde*, *de* er.; ante *iudas* fere 3 l. er.; *simon*, *is* s. l.; *scariothis* . 3 *adeo* . post *uadit* in fine lin. circiter 6 l. er., initio sequentis 1 l. er. 4 *acaena* . fuit *accepp—?* 5 *misit* . fuit *peluem*,

cor. *i;* fuit *quod erat* . 6 et 9 *sym—* . 7 *dicit* . *cognosces* pro *scies* , fuit *—oscetis?* 8 om. *ei* . 9 om. *meos* . *capud* . 10 ante *lotus* 5—6 lit. er., *pedes?* 11 ante *eum* 2 l. er.; *in?* 12 *eorum acc—; et cum recub—* . 13 fuit *uocastis? sum &enim,* in *u* et *&* accentus . 14 om. *ego* . 15 fuit *quemammo—* . 16 *est* ante *eo* om. 18 om. *ad;* fuit *meum* pro *mecum* . fuit *leuauit* . 19 *fiat ut credatis; fuerit quia* . 20 fuit quater *accepit* . fuit *se quem* . 24 *sy—* . *dicit* . in *quo* accentus circumfl. 26 in *ex (—rexero)* accentus acutus . *intincx—* . fuit *scariothae?* est *—this* . 27 *ed* ante *buc—?* . *bucellam,* altera *c* s. lin.; *tunc intro—* . *in illum* . *illi* . *fac cicius* maioribus litteris; fuit fortasse *celerius fac;* an *uelocius fac?* 29 *diceret* . *aeme* . *aegenis*; om. *ut* . 30 *bucellam* . 31 *dicit illis ihs* . 32 om. *si— in eo; —ficauit* bis . 33 fuit *athuc* . *quaeritis,* cor. *—etis* . 34 om. 5 uerba *ut et uos d—i—* . 35 *mei dis—* . 36 *sy—* . in altera *e* verbi *sequeris* accentus acutus . 37 *dne quare* . 38 om. *ei* . *ponis* . *cantauit* . *me ter:* in *ter* accentus circumflexus .

XIV. 1 fuit *credetis,* ante *te* 1 l. er. 2 *alioquin* pro *si quo minus* potest fuisse . 3 fuisse videtur *habiero* . *prep—* . *ueniam* . 4 om. alterum *et,* s. l. additum . *ui am,* 1 vel 2 lit. er. 6 fuit *dixit;* om. prius *et* . 7 alterum *et* s. l.; fuit *—noscitis* . 9 fuit bis *uidit* . 10 *credis* . fuit *patri* pro *patre?* 12 super *o* in *alioquin* accentus . 13 *patrem* om. 14 om. *me* . 16 *patrem meum* . fuit *paracle—,* cor. *i; inaeternum* . 17 *cognoscitis* . *manet* . *in uos est,* recentior manus s. l. *uobis* . 18 *orfanos* . 19 *uidebit* . *uidebitis* . *uiuetis,* accentus acutus in *e;* qui posuit, putavit, futurum tempus a praesenti sine eo non satis distingui . 20 *sum* . 21 priori loco *dilig&* . fuit *diligitur* . 22 *scariothes,* cor. *is* . *quia nobis mani—;* in *es* accentus acutus . 23 utroque loco *diligit,* altero cor. *et* . *faciemus,* in *e* accentus accutus . 24 fuit *qua* aut *quam,* cor. *quem* . fuit *ei* pro *eius?* 26 fuit *paracletus,* cor. *—itus* . corrector, ut saepius, antiquam scripturam emendavit ad suae aetatis consuetudinem . fuit *suggerit?* coeptum erat scribi *uouis,* altera *u* cor. *b* . 27 potest fuisse *turbitur* . 29 *a* in *credatis* accentum habet circumflexo similem . 30 *quicquam* . 31 ante *t* in *cognoscat* 1 lit. er.

XV. 1 *uitis* iteratum fuit . *agricula est* et *2 omnem* in margine alio atramento . *tollit* . *purgauit,* cor. *b* . 2 in priore *a* verbi *afferat* accentus acutus . 4 *asemetipso* . *manserit,* accentus acutus in *a* . 5 *uos,* accentus circumflexo similis in *o* . 6 *arescit* . 7 fuit *petitis,* cor. *e* . *fient* . 9 fuit *delexit* . 12 fuit *uobis,* cor. *uos* . 13 fuit *hanc, n* er.; *ut* in ras.; *quis ponat* . 15 *dico* . 16 *et quodcumque* . 18 fuit *odium* pro *odio* . 19 ante *uero* 1—2 lit. er. 20 fuit *seruos,* sed *V* superscripta. Potest ex antiquiori latinitate tenuisse, ut *paruolus* . *seruauerunt* cum accentu acuto in altera *e* . 21 *facient circa uos*; *u* in ras.; 24 *que* . *et* s. lin.; *oderunt,* accentus acutus in *e* . 25 *impleatur* . *scriptus, s* suppleta . 26 idem de *paracletus, —itus* notandum, quod ad XIV 26 . *in uos* pro *uobis* . 27 *bi* super *—betis* .

XVI. 2 *omnes* . *se obsequium prestare* . 3 *faciunt* . 6 *tristicia replebit* . 7 *si enim ego non* . *paracletus, —itus* ut supra . utroque loco fuit *habiero, h* bis er. 8 et 10 *iusticia* . 10 *uado ad patrem* . *non* maioribus litteris . 11 om. *iam* . 13 *docebit uos in omnem ueritatem, in* er. De miro hoc vitio *docebit uos in* praeter *Novum testamentum . . secundum ed. S. Hieronymi . . . Wordsworth et White* pag. 615 confer, quae dixi in commentatione *de codice Cremifanensi, part.* III 1896 pag. 16. Etiamnunc suspicor, verborum *docere* et *ducere* subesse pervetustam quandam confusionem, qua orta demum terminatio *—ebit,* quippe quae docendi verbo deberetur, formata sit. Potuit alicui quod XIV 26 de eodem Paracleto praedicatur: *uos docebit omnia* obversari ita, ut diversitatis graeci utriusque loci textus immemor alterum imprudens corrumperet . 13 *loquitur* utroque loco fuit . *que uentura sunt adn—* . 14 *clarificauit,* cor. *b; adn—* . 15 *quecumque* . *q,* nonnullae lit. er., s. lin. *ia* . *adnunciauit,* cor. *b* . 16 om. alterum *et* . 17 fuit *discipulus?* om. *et* ante *quia* . 18 *d est hoc qd dicit* in ras. in angusto spatio . 19 *ergo* pro *autem* . *quaeretis* fuit . post id vocabulum circiter 3 lit. er.: tertium *et* om., s. lin. add. 20 *tristicia* . fuit *uertitur* . 21 fuit *parturit* . *tristiciam* et 22 . *quoniam* pro *quia* . *pressurae,* accentus acutus in *u* . 23 et 24 *quicquam* . 25 *adnunt—* . 26 om. prius *et* . fuit *petitis* . 27 om. *ego* . 30 *uenisti* pro *exist* . 31 *amodo creditis?* 32 *ecce iam uenit;* om. *et* post *propria* . *sed non sum* . 33 *confid&e,* cor. *ite* .

XVII. 3 *est* s. l.; *uerum dm* . 5 *tu* s. l.; *aput* utroque loco . *claritatem priumquam,* cor. 6 *tui* er.; in fine lin. *e,* initio sequentis *rant* . 7 *abste* . 8 *acciperunt* fuit . 11 *etiam,* litterae *ia* in ras., *pater scae* . accentui circumflexo similis linea super *ae* . *sicut et nos unum sumus* . 12 *ex his peribit* . *impleretur* . 13 *loquar,* cor. 14 *odio eos habuit* . 15 *ex malo* . 18 om. *tu* . 19 fuit *sanctificate* . 20 *non pro his* . *sed et pro his* . 21 *mundus credat* . 22 *mihi didisti* . 24 *ubi ego sum* . 25 *mundi const—* . *autem cognoui,* om. *te* . 26 fuit *quia* ,

XVIII. 1 *chaedron* . *ortus* . *introibit* . 2 *qui eum erat traditudrus ipsum locum* . 3 *lanternis* . 4 *omnia que* . *quid queritis* . 5 om. *ei* . 6 om. *eis* . *interram* . 7 *iterum ergo eos* . 8 *quer—* . 9 *impleatur* . fuit *perdedi* . 10 *abscidit eius au— dextram* . 11 om. *tuum* . 12 *conprae—* . *alligauerunt*. 13 *caiphe* . 14 *dedit* . 15 *introibit* . fuit *ihm* . 16 ante *ergo* complures litt. er.; *autem? ille alius* . *pontifice,* cor. *i; hosti— et* . 17 *huius* pro *istius* . 18 *carbones* pro *prunas* . om. *se* . om. alterum *et*. 19 *autem* pro *ergo* . 21 *sum* . *que* . 22 *de assistentibus ministris* . *ihm,* *u* superscripta correctum, ut dativus fieret . *respondis* . *pontifi;* quod sequitur signum interrogationis simile est litterae *c* . 23 *cedis* . 24 *caiphan principem* . 25 *symon* . *califac—* . 26 om. *ei; non* pro *nonne, ne* s. l.; *hortu* . 28 *ad pilatum* pro *a Caipha;* om. alterum *ut* . 29 *huc* pro *hunc* . 30 *ei* ante *et* positum . *traded—*. 34 *et resp—* . *tibi dixerunt* . 36 *de mundo hoc* . *si hoc, de* inter *si* et *hoc* s. lin.; *meum reg—* . 37 *estu* . *omnes* . *ueritatem* . *meam uocem* . 38 *ho, c* s. l.; *dixit. in eo inu—* . 39 verba 6 *in p— uobis* post *uobis* omissa s. l. add. 40 om. *et; excla—;* om. *ergo* . *barraban* . *barrabas.*

XIX. 1 *adprae—* . 2 *inp—* . 3 *haue* . *palmas* pro *al—* . 4 *exiit;* om. *ergo* . *dixit* . *eum uobis foras* . *quia non inu — ullam causam* . 5 *exiit ergo ihs foras habens spin— cor—* . *purpor—* . 6 om. prius *eum* . 7 *resp— ergo* (pro *ei*) *iud— et dixerunt* . 9 *et ingr— in praet— iterum dixit,* om. *est* et *et* . *estu* . 10 om. *ei* . *quia ego* . 11 *habebis* . *ullum* . *esset data* . *traditme* . 12 *exinde pil— quae* . 12 *omnes;* om. *enim* . 13 *ergo* pro *autem* . *litostra tos,* 1 l. er., *V* sup. altera *o* . *haebraicae* . 14 *parascheue,* om. *paschae* . 15 semel *tolle,* bis *crucifige,* om. *eum* . *—ficam* . 16 *tradedit,* cor. *i* . 17 *baiol—* . *haebraicae,* om. *autem* . 18 *ubi et cru—* . 20 *leg— iud—* . *ciuitate* . *erant* ante *locus, n* er.; *haebraicae, grecae* . 23 *ihm* pro *eum* . *quatt—* . *inconssutilis* . 24 *sorciamur* . *uestimenta mea sibi et in ueste mea* . 25 *cleopae* . *magdalenae* . 26 *ergo uid—* . *dicit matre* . 28 *quiaiam* . *dicit* . *sicio* . 29 *positum erat* . *spungiam* . *ysopo* . *obtulerunt ei,* om. *ori* . 30 *capito,* cor. ita, ut fere *ae* pro *e* fieret . 31 *pilato* . *tollerentur de cruce* . 34 *exiit* . 35 *craedatis, a* corrigendi causa in *e* mut . 38 *—mathia* . 39 *ihm* s. l.; *misturam myrrae et aleo* . 40 *in lint—* . 41 *est ihs* . 42 *—ceue.*

XX. 1 *—enae* . *—mento,* cor. *u* . *amon—* . 2 fuit *inuenit, in* er.; *sym—* et 6 . *eis* pro *illis* . 3 *ueniebant* . 4 *ergo* pro *autem* . *precurrens* in fine lin., sequens incipit *risset* . *prior* . 5, 6 et 8 *introibit* . 7 *quod erat* . *capud* . 8 *prius* . 9 *sciebat* . *amortuis* . 10 *ad semetipsos dis—* . Verba *sed separatim* v. 7 et magna pars inde a v. 12 non servata sunt; uncis includo . 12 *[num ad caput] ihm* . 13 *pluras,* et 15 . 15 *[illa existima]* . *hort— est* . *[ei Domine si tu]* . *[ubi posuisti eu]*. 16 *[dicit ei Iesus: Mar]* . *ei hebraice rabboni* . *magis[ter]* . 17 *[d]icit* . *[enim as]* . *a[utem a]d* . *ascend[o ad Pa]* . *et ad patrem uestrum, ad dm meum et ad [deum vestrum]* . 18 *uenit ergo* . 19 *cum esset ergo sero* . *clause?* om. *con—* ante *greg—* . 20 *hoc cum,* om. *et* . 22 *[flarit].* Desinit in v. 27.

Codex Erlangensis signatus N. 526, qui continet tertium et quartum Evangelium, constat 71 foliis; a fol. 41b incipit Evangelium secundum Iohannem, cui capitulatio, *brevis,* praemittitur in universum consentiens cum ea, quam ex codice C, Cavensi, *qui saeculo forsan IX. in Hispania ut videtur septentrionali vel mediterranea a Danila quodam scriptus est,* exhibuerunt Wordsworth et White p. 492. Aliis fortasse continget, ut, unde Erlangensis provenerit, certius definiant, si integrum textum transscripsero. I. *Phariseorum levitae & interrogabant Iohannem* . *Iohannes Iesum uidens agnum Dei dicit. Et Andreas Petro dicit: inuenimus Messiam.*

II. *Iesus ad caenam de aqua uinum fecit. De templo nummularios eicit: soluite hoc templum dicens. Nicodemo loquitur de babtismo et de aliis multis.*
III. *Iesus in Iudea baptizat et Iohannes in Enon. Quique dicit Christum crescere, se autem minui.*
IV. *Iesus cum muliere Samaritana loquitur. Prophetam in patriam suam sine honore esse dicit. Reguli filium a mortuis resuscitat.*
V. *Apud natatoriam Belzata XXXVIII annorum infirmitatem hominis sanat ac dicit: scrutamini scripturas, et si creditis Moysi, crederetis forsitan et mihi.*
VI. *De quinque panibus et duobus piscibus, et quod eum regem facere uoluerunt. Iesus supra mare ambulat. Et de manna et pan& caeli est loquimur; a credentibus ab eo discipulis* (fuit *—us*) *unum ex duodecim diabolum dicit.*
VII. *Scenophegia. Iesus medio die festo ascendens in templum docet. Multis etiam de turba credentibus idem clamat: si quis sitit, ueniat et bibat. Cum ministris et Nicodemo principis Pharisei contendunt.* [Om. *de muliere adultera.*] *Iesus lumen mundi esse praedicat.*
VIII. *Iesus interrogatus principium se esse respondit. Quod omnis peccator seruus sit, et quod Iesus ante Abraham esset; cecum ex natiuitate curat.*
IX. *De ianua et obili. Per dedicationem deambulans in templo se et Patrem unum esse dicit. De Lazari resurrectione.*
X. *Maria pedes Iesu unxit & capillis suis extergit. Iesus supra asinum sedit. Et uolentibus Grecis uidere Iesum loquitur de grano frumenti quod in terram mittitur. Et uox de caelo loquitur ad Iesum. Et quod multi ex principibus crederent Iesum, sed propter Phariseos non confiterentur.*
XI. *Pedes discipulorum labat. De Iudae traditione et Petri negatione praedicit. De dilectione fratrum, et quod ipse in patre et pater in illo est. Et de obseruandis mandatis paracleti spiritus.*
XII. *De uinia et palmitibus. De dilectione, & omnia patris sua esse, & cetera mandata.*
XIII. *Iesus discipulos patri commendat. Iesus a Iuda traditur.*
XIV. *Adloquutio Pilati ad Iudeos de Iesu et de Barabban* (cor. *Barr*—). *Passio Iesum et sepultura et resurrectio eius. Explicit breuis evangelii Ioh.*

In C et quae eiusdem sunt generis brevibus apud Wordsworth et White cap. XIV post verbum *barabba* incipit; item in Dresdensi signato A 63, de quo rettuli in commentatione *de versionibus Scripturae Sacrae latinis. Part. I., 1887**) *(Ind. lect. per aestatem 1887)* pag. 8.

Menda Erlangensis tollere vix opus est; unde orta sit scriptura *Belzata* (V), nescio.

Codicis monasterii imperialis S. Maximini (Mx), nunc Brunsbergensis, quem descripsi in ind. lect. hiemis MCMII p. 4, brevis Ev. Matth. periit; ceterorum fere eadem est atque apud Wordsworth et White ex Oxoniensi et compluribus aliis, collato Thomasio, tertia, nisi quod librarius Mx ad Lucam in verbis *Pharisaeis dicit non esse* (V) substitit.

*) Prologos a Monarchiano quodam conscriptos esse Petrus Corssen demonstravit. Quae de ingrato librariorum labore, antehieronymiani et hieronymiani ordinis Evangeliorum coniungendi ego exposui, confirmantur textu Mx.: *Iohannes . . inuenitur alienus . tamen post omnes euangelium scribsisse dicitur . tamen dispositione canonis ordinati post mattheum ponitur, quoniam quae in deo nouissima sunt, non uelut extrema et abiecta numero, sed plenitudinis opere perfecta sunt. & hoc uirgini debebatur . quorum tamen uel scribtorum temporum dispositio vel librorum ordine ideo per singula a nobis non exponitur, ut scienti desiderio collocatio & quaerentibus fructum laboris et deo magistri doctrina seruaretur.*

Vide ne pag. 4 cap. III v. 24 et 29 pariter legendum sit *leuui*.

De pronominibus demonstrativis imprimis versionum latinarum Evangeliorum. Particula II.

In commentatione indici lectionum hiemis MCCCCII—III praemissa demonstravisse mihi videor, in Evangeliorum versionibus latinis manu scriptis et in Vulgata Sixti V. P. M. iussu recognita, Clementis V. P. M. auctoritate edita non observari aequabilem usum omnium pronominis quod est *is, ea, id* et pronominis *hic, haec, hoc* casuum; relativo sequente praevalere *hi, his: hi qui, his qui;* in ceteris casibus multitudinis et in omnibus numeri singularis *is, ea, id: eius qui, ei qui, ei quae, eum qui, eam quae* etcet.; integrum plerumque exstare dativum et ablativum *eis*, ubi relativum non sequatur, velut: *dixit eis;* aberrasse autem multos librarios ad scripturas *hii, hiis*, et antiquiores quidem saepius ad *hii*, recentiores ad utramque ita, ut paene oblitterata apud eos esse videatur simplicis vocalis in *hi, his* scribendae memoria.

Ab Evangeliorum textu propterea profectus sum, quod et apparatus amplissimi a Iohanne Wordsworth et Henrico Iuliano White congesti ea tantum pars edita erat, et ego imprimis Evangeliorum codices contuleram. Adiunxi *Didascaliae Apostolorum Fragmenta Veronensia latina* etc. *ed. Hauler*, pauca Hieronymi scripta, Gennadium; ut quo tenderet quaestio dispiceretur, monumenta legalia antiquioris aetatis exhibui.*)

---

*) De ista pronominum perturbatione eiusque causis complures disseruerunt: ego in *Specimine grammatico* 1869 p. 31 et 35; Studemund: *Gaii institutionum . . . apographum* 1874. p. 318; ego in commentationibus praemissis indici lectionum Lycei Hosiani hiemis 1878: *de usu pronominum HIC et IS quaestio;* hiemis 1879 p. 20 (*observationes in S. C. de Bacchanalibus*); hiemis 1883 p. 9 (*miscellanea epigraphica* cet.); Haussleiter, *die lat. Apokalypse der alten afrik. Kirche*, in *Forschungen zur Geschichte des neutest. Kanons* IV 1891 p. 63, collatis *actis sem. phil. Erlang.* III 444; nonnulli editorum Vindobonensium bibliothecae Patrum: Brandt ad Lact., Engelbrecht ad Cassian., Hartel ad Lucif. Calar., Ennod., Paul. Nol., Cypr. Append.; Knoell ad Eugipp., Petschenig ad Cassian., Vict. Vit., Zangemeister ad Oros.; denique Bayard, *le latin de S. Cyprien*, p. 132.

Nemo ex illis, ni fallor, ad inscriptiones attendit; hodie, spatio deficiente, praeter leges Salpensanam, Malacitanam, diplomata militum veteranorum, de quibus fusius egi, satis habeo memorasse haec monumenta:

legem Ursonensem, *Supplem. CIL. II* p. 852, tab. III. 2,6: *his qui volet* pro *is;* IV. 1,1: *ab his iudicibus*, ubi totius legis consuetudo poscit *iis*; III. 1,10 *de his rebus* pro *iis*;

aes Italicense p. 1032, lin. 41: *his qui provinciae praesidebunt . . . vel iis qui ius dicunt;* cf. lin. 49: *ab eo qui praesidebit provinciae;* et 54: *ii etiam, qui non sortito provincias regant;* 30: *qui munus edent, Is gladiatores praebeantur;* cf. *pactum conventum inter Damam L. Titi ser. et L. Baianium* p. 844: *quae mancipia ex Is vellet;*

edictum Diocletiani de pretiis: II. 9 *ea pretia, quae scriptura designat;* I. 4 *ea quibus ardet avaritia;* II. 15 *ea ratio qua;* sed *in his locis, ubi copia rerum* II. 11. De personis *ille qui* II. 20—21.

Neque ullum librum ab Ictis imperatorum aetate compositum evolves, quin eandem confusionem animadvertas, velut ex edictis praetorum: *Qui quaeve, posteaquam quid cum his actum sit, capite, deminuti . . esse dicentur, in eos easve iudicium dabo.* Item ex SC. Trebelliano: *actiones, quae in heredem heredibusque dari solent, eas neque in eos neque his dari, qui . . . restituissent, sed his et in eos, quibus restitutum fuisset* (Bruns, *Fontes*, ed. Mommsen et Gradenwitz I. 207, 192.

Non igitur vituperandi sunt mediae aetatis Icti: *De eo, qui villam occupaverit; de his, qui in villa consistunt.* (*Lex Salica ed. Hessels 287*).

Neque qui litteris consignavit regulam S. Benedicti, *ed. cura et studio monachorum Montiscasini MCM: de his qui sine iussione, qui sepius correpti, qui tardi occurrunt, qui excommunicantur, qui falluntur; qui delinquunt* capitula 26, 28, 43—46; contra *is autem frater qui . . . tenetur* f. 39, 22.

Iam aliquot libros ea lege excerpam, ut ne certam singulos collocandi rationem poscatis, sed veniam detis utendi, prout ad manum sunt.

Qui de litteris latinis optime meruit Priscilliani indagator atque editor, Georgius Schepps, pronomina in tanta difficultatum multitudine nondum satis distincte tractavit: *Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik* II 316, *Index* (editionis) pp. 198, 202. Ut videatis, quid velim, discernatis sic:

a. *spem ueniae tollere his, qui, si ea, quae prima sunt, non quaeunt* (sic), *in mediis consistunt* 36 4; *damnari cum prophetis malumus, quam cum his, qui incauta praesumunt, ea, quae sunt religiosa, damnemus* 46 8; *cum in his, quae sunt deo aliena, distruimur, in ea, quae sunt nobis propria, reformamur* 97 14; *quia filios uocet eos, quos ueritatis scientia inbuebat, in quibus de his, quos ad paenitentiam contristauerat, gratulatur* 141 canon 77.

Quae enuntiata qui ad tralaticias normas grammaticas revocat, mirabitur, quod pronomen *hic* quater in dativo vel ablativo plur. adhibitum sit, in aliis casibus quater *is*. Sed videamus de locis, ubi alterutrum occurrit:

b. *is qui a foris est homo* 20 25.
ea quae corruptelae causa exstitit 101 25.
id quod (nomin. vel acc.) 28 3. 11. 49 9. 70 4. 82 11. 98 23. *ad id quod* 103 20. *praeter id quam quod euangelizatum est* 7 11. *propter id quod erat = propterea quod* 27 9. *id damnari quidquid* 27 11.
eius qui 19 24 = 72 19 = 98 15; 20 1 = 72 20 = 98 16; 30 6 54 6.
eum qui 47 2. *eum quem* 75 11. *absque eum qui* 51 9. 49 11. 67 4. (30 5. *quis*). *ad eum quem* 38 16. *eam quae* 55 15.
absque eo qui 37 28. *in eo qui* 48 12. *in eo in quo* (neutr.) 49 20. *in eo quod* 3 5. 21 13. 33 6. 61 13. 72 20. 24. 74 1. *eo quod* coniunctio 111 19 125 4.
ea (29 3. accus.) *quae* (partim nomin., partim accus.) 6 15. 18. 7 14. 18 22. 33 10. 47 26. 55 14 57 5 70 13 73 21 77 8 98 17 102 12. *ad ea quae* 51 24 91 11 97 25. *ad ea quibus* 95 3. *in ea quae* 9 25 28 4 38 6 55 21 70 3 78 5 93 17 97 14. *extra ea quae* 22 19. *per ea quae* 29 3 62 7 94 9 116 2. can.; *supra ea quae* 23 11. *ea quorum* 53 10.
eorum quae 50 14 92 9 104 20. *eorum quos* 121 2 can.
eos qui 54 9 132 13 can.; 144 18 can.; *per eos per quos* 32 4.

c. Contra: *hi qui* 131 13 can.; 136 12 can.; *hii quos* 55 7.
his qui 54 27 134 18 can.; *ab his qui* 33 12 47 14; *de his qui* 46 21 146 19 can.; *ex his qui* 46 18 53 3. *in his qui* 51 19. 20.
his omnibus quae neutr. 65 18. *ex his quae* 38 28. *in his quae fuimus* 4 8. *in his quae scribta sunt* 50 4. *in his quae apparent* 63 19. *in his* (neutr.) *in quibus* 88 17.

d. *Qui non intellexerunt, cor eorum datum est bestiae* 9 16. *quorum sanguis ad testimonium uindictae quaeritur, eorum eloquia non negentur* 51 14. *in quorum exemplarium* (acc. sing.) *uiuentes intramus, eorum in gloriam congregamur* 93 12.

e. Contra: *qui non confitentur, hi sunt seductores* 31 4
Moyses meruit, ut qui uitae eius tenderent insidias, ab his educationis blandimenta sentiret 63 1.
Nusquam *ei* (nom. plur.) *qui*, neque *ii qui*, *eis qui*, *iis qui*, ad similitudinem locorum **a**, **b**, **c**; nusquam *qui—ei* (plur.), *qui—ii*, *qui—eis*, *qui—iis*, *quae— eis* vel *iis*.

f. Sed *eis* sine relativo sive antecedente sive subsequente 64 11 135 20 can.; *in eis* 90 6 104 15.; hoc fere est nostrum: *ihnen;* ante relativum magis δεικτικῶς: *denen.*

LECTIONES.

A. ORDINIS THEOLOGORUM.

Dr. Antonius Kranich, P. P. O., h. t. Decanus.

I. Doctrinae de sacramentis ultimam partem exponet semel hebdomade hora X.

II. De Deo mundi creatore, de hominis statu primitivo, de protoparentum lapsu deque peccato originali dogmatice disseret quater hebdomade hora X.

III. Repetitiones et disputationes dogmaticas instituet semel hebdomade hora X.

Dr. Henricus Oswald, P. P. O.

Lectiones non habebit.

Dr. Franciscus Dittrich, P. P. O.

I. Historiam ecclesiasticam recentioris temporis inde ab anno 1648 enarrabit quater hebdomade hora IX.

II. Juris canonici partem primam tradet bis hebdomade hora IX.

Dr. Hugo Weiss, P. P. O.

I. Psalmos selectos interpretabitur bis hebdomade hora VIII.

II. Utramque S. Pauli epistolam ad Corinthios explicabit bis hebdomade hora VIII.

III. Repetitiones exegeticas instituet horis definiendis.

Dr. Julius Marquardt, P. O. H.

De quaestionibus theologiae moralis nostra aetate maxime in controversiam vocatis bis hebdomade disseret horis definiendis.

Dr. Josephus Kolberg, P. P. E.

I. Primam partem theologiae moralis exponet quater hebdomade.

II. Historiam ecclesiasticam ab anno 1517 usque ad annum 1648 docebit bis hebdomade.

III. Artem renatam saeculi XV. tractabit feria II. hora VI. vespertina.

Dr. Bernardus Gigalski.

I. De ecclesia, sacerdotio et cura pastorali secundum litteras S. Pauli pastorales disseret bis hebdomade die Mercurii et hora definienda.

II. Historiam litterariam primaevae ecclesiae enarrabit exercitationesque instituet semel hebdomade hora definienda.

Dr. Alfonsus Schultz.

Antiquitates sacras Hebraeorum dabit bis hebdomade horis definiendis.

Dr. Aloysius Borchert.

Apologeticae alteram partem tractabit bis hebdomade horis definiendis.

B. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

Dr. Victor Röhrich, P. P. O., h. t. Decanus.

I. Historiam Warmiensem tradere perget bis hebdomade hora XI.
II. Historiam universalem inde ab anno 1789 enarrabit bis hebdomade hora XI.
III. Ethnographiae capita selecta docebit semel hebdomade hora XI.

Dr. Guilelmus Weissbrodt, P. P. O.

I. Tertulliani apologeticum c. commilitonibus leget ter hebdomade hora IX.
II. Inscriptiones christianas selectas interpretabitur semel hebdomade hora IX.
III. De arte antiqua disseret semel hebdomade hora IX.

Dr. Franciscus Niedenzu, P. P. O.

I. Botanicen generalem docebit ter hebdomade hora VIII.
II. Exercitationes anatomico-botanicas microscopio instituet semel hebdomade hora definienda.
III. Potiores quasdam astronomiae partes tradet semel hebdomade hora VIII.
IV. Mineralogica quaedam tractabit semel hebdomade hora VIII.

Dr. Wladislaus Switalski, P. P. E.

I. Logicae particulam alteram sive Noëticam tractabit bis hebdomade hora X.
II. Ontologiam sive Metaphysicam tractabit ter hebdomade hora X.
III. De arte paedagogica disseret bis hebdomade horis deff.
IV. Exercitationes philosophicas moderabitur semel hebdomade hora X.
V. Exercitationes practico-paedagogicas instituet horis definiendis.

Martinus Switalski, Prof., Lector linguae Polonicae.

I. Leges linguae Polonicae grammaticas tractare exercitationesque dicendi instituere perget bis hebdomade horis definiendis.
II. Antonii Malczewski poëma, quod inscribitur Marya, interpretabitur semel hebdomade hor. def.

Publica doctrinae subsidia.

I. Bibliotheca, cui praeest **Prof. Dr. Niedenzu,** commilitonibus patebit diebus Martis et Veneris hora II–III.
II. Apparatum arti christianae illustrandae inservientem custodit **Prof. Dr. Dittrich.**
III. Sculpturarum veterum imagines gypseas custodit **Prof. Dr. Weissbrodt.**
IV. Instrumenta collectionesque, quae ad physicen, mathematicam, astronomiam et historiae naturalis diciplinas pertinent, asservat necnon horto botanico praeest **Prof. Dr. Niedenzu.**